

ALEXANDRI TRENTACIN
QVII I C PRAECLARISSIMI PATRICIJ
Aquilani.

DECISIONVM SEV RESOLV^{tk}
tionum variarum ad praxim utriusque fori Spe:
ctantium.

Liber Tertius.

Contractuum materiam continens.

Resolutio I. De Jure Emphyteutico.

Summaria

1. Emphyteusis Eccl^{ie} an in monasterium transeat, si in illud Emphyteuta ingrediatur declar^{at} num^{er} 2. 3 et 4.
2. Emphyteusis privati ob ingressum Emphyteut^{is} in monasterium transit ad illud declar^{at} nu^{mer} 6. 7.

Aliquando Emphyteuta ingrediatur religionem, ides est quæritur an Emphyteusis transeat in monasterium. In hoc quæsito duo per Doctores considerantur casus. Primus est, si Emphyteusis sit Eccl^{ie}, ut quia si Emphyteusis concessa ab alia ecclesia; et in hoc casu concludunt Doctores, quod ob ingressum Emphyteut^{is} in religionem non transeat Emphyteusis in monasterium, si illa ecclesia, quæ est domina directi domini vult illam ad se reuocare, alias si hoc non vult facere, transit in ecclesiam. Bal. nu^{mer} 17. Paul. de Cash^u nu^{mer} 29 et Dec. nu^{mer} 26. in aut^{em} ingressi. C. de sacrosan. eccl^{ie}. dat^{um} in aut^{em}. nisi rogati ad 2. C. ad Trebb. Abb. nu^{mer} 70. et Dec. sub. num^{er} 67. in cap. in p^{re}sent^{em} ext^{ra} de p^{ro}bat. Jas. dicens com murem opinio nem in L. 2. num. 200. C. de iure Emphyteu. specut in Titul^o de Emphyteu^o § nunc aligia Ver^o 125. et ibi Joannes And^{reas} Julius. clai. in Lt. sent^{entia}. in § Emphyteusis 933. Obi indistincte tenet non transire in monaste.

... et L. de Anchar. cons. 166. Movetur d. do. D. d. per teo. in 51. in aucten.
dicatione et suplicati. Circa hanc conclusionem notandum est, quod quando d. do. d.
Anchar. quod sit Monasterium ecclesie proprietate, an velit dimittere, vel recipere intelligitur
soluta estimatione, alias ecclesie oportet deusona; et hinc est, quod Speculator in d. B. nunc aliqua
dicit, quod d. do. ecclesia, in quam facta est translatio, debet habere estimationem, vel ipsam
rem ad quam deusona vendere infra annum privato, ut sic in nullo alio ecclesia pro
prietaria faciat deteriorem conditionem suam, cum qua opinione et consideratione per
transit. Anchar. in d. cons. 166 et in cons. 166. et Julius Clar. in d. q. 3. in fine. Declarata
conclusionem + non procedere quando aliter fuerit provisum in Contrad. Emphyteutico. Bal. in d.
aucten. ingressi. et movetur per L. scita quis. §. elege. ff. de verb. oblig. Declarata secundo
non procedere, quando Emphyteus concessit alicui in sacris constituto pro se, filijs et nego-
tibus; nam tunc si iste ingreditur religionem, acquiritur Emphyteus monasterio et reuoca-
biliter; et ratio est, quia cum non poterat filios ex matrimonio suscipere, intelligi, recipiendo
pro filijs, recepisse pro ecclesia et monasterio, ut probatur ex notatis per Bal. et Argel. in L. hanc
dibus §. filij ff. ad Trebell. sic notabiliter declarat Quin. in cons. 131. num. 26. vol. 1. Declarata
tertio. + non procedere quando expresse actum est, quod in Ecclesia alienari non potest; nam tunc
origine ubi pacti si emphyteus ingreditur monasterium, illi non acquiritur ullo modo. et
sic monasterium nullam habere poterit utilitatem. Bal. in d. aucten. ingressi. num. 25. et idem tenentur
la ibi et Bal. Arret. et Innocent. in d. C. in presentia et sic cessat in hoc casu illa conclusio, quod cum
in electione Ecclesie proprietaria recipere vel dimittere suba ad estimationem, vel quod Ecclesia, in
quam transferatur, teneantur infra annum privato vendere, ex quo virtute pacti nullo modo
transferatur in ecclesiam. Hanc declarationem reprobat per Doctores; verum de certitate
infra in secundo casu videbimus. Secundus casus est, si + emphyteus sit privatus; et in hoc
casu concludunt Doctores, quod Emphyteus transit in monasterium: et ita tenet Bar. Bal. Lau-
de Cast. et Dec. in d. aucten. ingressi et ibi Jas. ac etiam in L. 2. num. 200. C. de iure Emphyteutico
Ubi dicit hanc esse communem opinionem. Bal. in d. aucten. nisi rogati. Abb. et Dec. in d. C. in
presentia et Anchar. in d. cons. 166. et in cons. 166. Et ratio est, quia cum omnia bona
transcant in monasterium, cum dicta universitate transit iure domini, quod Emphyteus
habet in re Emphyteuticus in monasterium argel. L. quidam ff. de acquir. rer. domini et L. ff.
de fundo dotat. et quod notatur in L. peto. §. Indium ff. de L. 2. facit etiam quia, sicut

NB. 1'
NB. 2'

si regulantur

debet succedere in Orbis dominis ut notatur in *St. ades. Institut. locat. ita et Monasterium*.
debet succedere, cum pro filio habeatur, ut in *ausen. de sande. Episc. d. sed hoc possenti.*
Et cum hac opinione est pertranscendit non obstante, quod contrarium tenet *Iulius Cla-*
mus in d. q. 37. Nec obstat eius ratio, dum dicit, quod efficietur valde deterior conditio
domini directi; cum non subeget spes ulla caducitatis, neque quod propter finem linea res
cessat per non amplius ad ipsum reuertetur. Nam ipse hoc praesupponit in hac sua ratione, unum quod
non subit spes caducitatis, ut puta propter canorem non solutum. secundum quod neque
propter finem linea amplius ad dominum directum reuertatur. Circa primum non bene
dicit, quia cum *Empyreus* sit priuati, transit in ecclesiam cum illo iure, et sic potest
reverti ad dominum propter canorem non solutum, *per ecclesiam* ut probatur in *L. final.*
(de exat. tribu. lib. 10. tradit Bart. in repet. d. ausen. ingresi. sub num. 26. Et non
minim, quia *Empyreus* postquam habet originem a priuato, est censenda ut *Empyreus*
priuati, licet in ecclesiam transierit; quia origo, et natura contractus inicit cum pri-
uato non mutatur ex persona priuilegiati *L. fiscus ff. de iure fisci L. Aemilius ff. de*
*mundi et L. cum quidam d. fiscus ff. de iuris. Et non propterea terminis tradit *Ardebar.**
in d. d. consil. 161 et 166. Circa secundum neque etiam benedicit, ex quo *Empyreus* in mo-
nasterium non durat, nisi tempore vita monachi, qui religionem ingressus fuit ut spe-
cifice in *d. ausen. ingresi.* dicit *Sauls de Cadro* sub num. 25. et ibi etiam *Dec. num. 26*
idem dicit *Bal. in d. ausen. nisi rogati num. 12. Innocen. in dicit. cap. in presentia. et ibi*
Dec. sub num. 27. Et ratio est, quia debet transire in monasterium illud ius, quod habet
ingressus, quousque uiuere arg. L. petro. d. Liddum ff. de L. 2 et L. Statius d. Cornelio
ff. de iure fisci. Haec principalis conclusio declaratur pluribus modis.

Primo declaratur t. non procedere, quando concessio facta fuit pro se filiis, et negotiis
bus, nam tunc cum monasterium non sit uerus filius, uel uerus nepos, et uerba in contrari-
bus strictè capiuntur *L. quidquid adstringenda ff. de uerbor. obligat. Empyreus non tran-*
*sit in monasterium: ita tenent *Bald. in d. ausen. nisi rogati et in d. ausen. ingresi. Anton. de**
Burr. Inst. et Arde. in d. C. in presentia. subdeclara non procedere, quando concessio fit cler-
*ico eo modo; nam tunc transit in monasterium. *Quiri. in cons. 121. num. 26. et 27. 28.**
Item subdeclara non procedere si intra biennium ecclesia non reuocat; sed dicat hoc proce-
dere in *Empyreus ecclesiasticus, in hoc casu loquitur *Quiri. in d. cons. 121. num. 27.* Sed in*
Empyreus priuati non procedit, cum tunc transeat in monasterium, ex quo in hoc casu mona-

teniam profilio daberur s. sed hoc dicitur auct. de Sandi Episc. Secundo declaratur t. non
procedere, quando expresse fuit actum, quod non alienaret in Ecclesiam, nec in potiore
nec in manum mortuam; nam tunc propter ingressum in religionem, emphyteus non tran-
sit in monasterium: sic in d. auct. ingreffi. tenent Bart. et Lau. de Cast. et Inst. Bal. Sic. et
Innocen. in d. C. in presentia. In Saborda Centate huius declarationis duo sunt considera-
di casus. Primus est quando facta est prohibitio respectu certi monasterii et in hoc casu conde-
ditur, quod monasterio non acquiritur, et ratio est, quia non impeditur ingressus religionis, nec
retrahitur emphyteus a religione, cum possit aliud monasterium intrare, faciunt notata per
Bart. et Inst. in l. hoc modo. per illum tex. ff. de condit. et de monst. Obi concludunt, quod si
gravetur quis, si ingressus fuerit tale monasterium, quod conditio illa non rejicitur, faciunt
etiam notata per Bartolum in l. sita quis s. eatege ff. de Verb. oblig. Dum loquitur de
prohibitione facta in certas personas singulares, et vult, quod vis alienatio quo ad eos dicatur
esse prohibita per l. codicillis s. matre. ff. de lege 2, et in specie per supra dicta tenet Ruin. in d.
cons. 101. vel 1. num. 24 et Jas. in d. s. ea lege sub num. 15 in vers. primus est. Secundus
casus est, quando emphyteus simpliciter prohibetur esse alienare in ecclesiam; et in
hoc casu aut prohibitio est in personam, aut in rem, si in personam, tunc sub tali prohi-
bitione concepta in personam continetur solum alienatio hominis, et non alienatio legis,
quod fit monasterio per ingressum religionis: ita tenet Petrus de Anchar. in cons. 420 et
Ruin. d. cons. 101. Si prohibitio est in rem, et tunc licet supra dicti Doctores contrarium
teneant, tamen idem est dicendum, videlicet, quod non obstante dicta prohibitione tran-
seat in monasterium; et hoc est uenior et communior opinio, ut dicit Jason in d. s. ea lege
sub num. 16. uer. sed defendendo; quam sequitur Anchar. in d. cons. 420. et Ruin. in d.
cons. 101. Et ratio est: quia sub ista alienatione non comprehenditur alienatio legalis lege
conficiuntur in iuris. et l. si quis cur. testamentum nullum ff. de iure codicill. Doctores
communiter in d. s. ea lege. Sed quando monachus ingreditur religionem, tunc dicitur esse quodam-
modo successio intestati ex legis dispositione uidentis bona, ingreffi tanquam mortui: ciuilitur
transire in monasterium, et ex tacita uoluntate ingredientis, sicut etiam ex tacita uolunta-
te defuncti succeditur ab intestato. l. Conficiuntur non obstante expresse alienationis
prohibitione.